

DICTIONARIVM

LATINO GERMANICVM, VOCES PROPE,
modum uniuersas in autoribus Latinæ linguae
probatis, ac uulgò receptis occurrentes Ger-
manicè explicans, magno labore pridem

concinnatū, nunc autem reuisum, ca-


stigatū & auctum non mediocri- BIBLIOTHECA
ter, Petro Dasypodio autore. REGIA

MONACENSIS.

GERMANICAE DICTIONES IVXTA SERIEM
literarum digestæ, expositæq; uocabulis latinis, opus plane
nouum, & apprimè commodum studiosis,

NOMINA LOCORVM ET AMNIVM.
Germania, præterea Mensurarum, Ponderum, Numi-
smatum, atq; id genus rerum aliarum, uti uersa pagel
la recensentur sub suo queq; titulo, interpretata.

ARGENTORAT PER
VVendelinum Rihelium. Anno
M. D. XXXVI.

Tegernsee 

Cum Priuilegio Regio
ad quinquennium.

Tegriensis cenoby Ego sum. Emptus Anno a
Christo Nato Septimo, & Trigesimo
supra sesquimillesimum. F. M. P

STUDIOSIS LITERARVM ADOLESCENTIBUS
per Germaniam Jacobus Bedrotus S. D.

S

I Iulio Polluci certa indubie ratio cōstitit, ut Dictionarium suum non una epistola, sed denis (in tot enim libros digessit) Cōmodo Cæsari nuncuparet, multo iustius ego Lexicon istud dedicare uobis adolescentes optimi, adeoq; gratulari possum, quorū scilicet studijs, quod ad uoces latinas proprieuer, nacula exprimēdas attinet, pulchre hac opera consultum est. Patrum memoria in scholis terebantur Dictionaria & re & nomine barbāra, Quod quidem seculo adeo barbaro, & quo nihil recte ac suo ordine docebat, factum esse nemo mirabitur. At nunc quum nullum non doctrinæ genus suos habeat uindices, & diuina quadam & wonatæs & s; nondisciplinæ moodomnes, sed & linguae in suum locum restituuntur, mirari mihi subit è Germanis neminē extitisse, qui rei adeo utili manus admoueret. Quām uero luculenta studiosorū fraude neglectum id hactenus sit, nihil hic attinet referre. Accidisse ego sanè idē hac in re existimo, quod usuuenire solet ferè, ut dum pessima ita in ordinē redigimus, ut obsolescant, serius q; conueniebat, in istorū locum meliora substituamus: ut cunctq; interea sint, qui quibus rationibus in publicū succurrī possit, apud se consilia agitent. Verum dum aliis alium expectat, frustra expectamus omnes. Atq; hoc magis laudādus est Petrus Daspodius noster, uir & multæ lectionis & iudicio exacto, atq; adeo natus ad pubem literariam recte instituendam, qui cum improbe ab amicis urgeretur, ut non tantū suæ scholæ, cui magna cum laude præest, sed & cæteris cōsuleret, id laboris tandem suscepit, ac suscepsum summa fide ac diligentia absoluīt. Vestrū itaq; erit optimi adolescentes uestram erga bene merentes gratitudinē declarare. Istuc uero fiet, si annis his melioribus, & omni cura liberis, indefesse excolere ingenia perga- tis. Ita em & rationibus uestris optimè cōsuletis, & eruditos, ut quotidie in usum uestrum id genus elucubrationes edant, inuitabitis, Valete.

PETRVS DASY

PODIUS ABQVO LECTORIS.



Nno superiore, si meministi lector optime Di-
ctionarium hoc Latinogermanicum à me, quan-
tum in re subita homo plurimum alioquin occu-
patus præstare potuit, diligenter quidem ex pri-
mæ notæ icriptoribus latinæ linguae collectū, haud dum ta-
men ad unguem seuerum, quod aiunt, examinatum præcipi-
tata opera diuulgauit Typographus, sūt in eo potius quām
meum consilium secutus, quandoquidem ego neutiq; matu-
ruisse satī opus, nec illi manum accessisse supremam subinde
conquerebar. Cæterum quibus uterq; caussis adductus ego
primus ut hoc seculo uere, si literarum interpolata studia re-
spicias, aureo librum huiusmodi scribendum suscepimus, ille
ut rudem, & impolitum adhuc in uulgs protinus ædiderit,
hic multis commemorare rursus non duxi magnopere ne-
cessarium. Cum istud in priore partim æditione fecisse me pu-
tem, partim cordatus quisq; secum ipse perpendere queat. Il-
lud tamen in præsentia monuisse fortasse profuerit, eundem
librum longe maiore, quod utrungq; nostrum attinet, cura for-
matum nunc denuo prodire. Nam simul atq; futurum intelle-
xeram sub prælum ut reuocaretur exemplar, cepimus & ipse
non tumultuantur, ut antea, sed accuratius paulo totum opus
acapite ad calcem usq; relegere, pauca quædam inducens in-
teriorū, nonnulla etiam mutans, plurima uero adiiciens, quo-
rum de numerosunt præcipue Locoru, & Amnium in Ger-
mania, præterea Mensurarum, Ponderum, Numismatum,
rerumq; aliarum uocabula, tituli seu generis eiusdem crassi-
us, hoc est propriamagis enarrata, & seorsum deniq; iuxta li-
terarum seriem posita, quo facilius in promptu citra quæren-
di tedium haberent, si qui forte requirerent. Accessit & hoc,
uelut alterum opus, quod uiri doctissimi Ludouici Viuīs con-
silio secuti dictiones etiam uulgares, ac patrias uice uersa

Latinis postea præponēdas curauimus, non sine iudicio & in-
dustria singulari, ut quicquid tandem incideret, non diu sub-
sistere cogeretur, aut dubitare studiosus, sed alterutra statim
līngua facile, quod opus scit uferat, iuuenire posset. Porro
minus grauati tantū laboris exhausimus posteaquam no-
stram operam studia iuuentutis promouere nō nihil, nec im-
probari hominibus etiam doctis certo sit exploratum,

Tu quicquid est boni consule lector, acuale
iuvx̄as. Argentorati sexto Calen-
das Martij. Anno
M. D. XXXVI.

JOANNES SAPIDVS
Iuuentuti Germanicæ.

Quam rem quæcꝝ suo Romanæ dictio linguaꝝ
Sensu nostrati reddita uoce notet,
Ut cito dignoscas, certam feret iste libellus
Et simul optatam semilatinus opem.
Sæpius ergo legas scriptum tibi Teutona pubes,
Si bene uis studijs consuluisse tuis.

AD PVB M GERMANICAM
Petrus Dasypodius.

Huc huc qui cupis eruditionem
Castis iungere moribus puelle,
Et statim bene nosse, quod necesse est,
Quid uox significet latina quæcꝝ,
En certò explicat hic liber, Proinde
Castis iungere moribus puelle
Huc huc qui cupis eruditionem.

Ioannis Hospiniani Steinani adolescentis in
Petri Dasypodij Dictionarium carmen,

En studijs recte cupiens Germanica pubes
Consuluisse tuis munere rursus adest.
Munere quod tibi non calabris aduexit ab oris,
Quale nec hospitibus fert polyphemus atrox.
Quin æquum, aut maius potius, pretiosius atq;
Cœperit Eurystheus quam Amphitriomade.
Stelligerum scapulis dum nixus Atlantis olympum
Hesperidum ex hortis aurea mala petit.
Tale Dasypodius dico tibi munus ab ipso
Aonidum luco protulit euge sacro.
Et quod præteriit primo breuitate coactus
Temporis, huic solidè est addita summa manus,
Auctum, illustratum, miroq; labore uolutum
Hinc, atq; hinc donec nobile prodit opus
Hinc tibi quam belle cupiat pius ille Magister
Perspicue haud leua prædita mente uides.
Vos igitur iuuenes simul accurratis adulti
Hoc opus accitum, turba & epheba simul,
Quicquid & offendes, cuius tibi proderit usus
Hæc, ad quam fugias ancora sacra tibi.